Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De incarnatione - Cod. Ettenheim-Münster 216

Aubry, J. P.

[S.l.], 1713

Quaestio ultima

urn:nbn:de:bsz:31-122286

Visual Library

* 313
11

Obj. 3. Humanitas Chri ē ming Sancta qua Verbum: ḡo n̄ pt aequaliter adorari cum Verbo R dis: ant. Humanitas Chri in abstracto ē ming Sancta quā Verbum Con: in concreto seu prout ē unita Verbo di: ē ming Sancta spectando modum habendi sanctitaes Con: spectando ipsā sanctitaē habitā nego ant. R 2. dis con: n̄ pt aequaliter adorari spectando actum internum et motivum adoraōis Con: spectando actum externum et obtum maale adoraōis nego Con: actus ēn externus n̄ pt separare humātaē ā Verbo.

Quaestio ultima
De
Comunicatione Idiomatum
Articulus imus
Quid sit Comunicatio Idiomatum
An
Detur in Christo
Et
Qualiter dirigatur

Idioma. Vox à Graecis mutuata, stricte proprietatem quandam sermonis, largiq[ue] linguarum vel proprietatem significat. Quare cum in Christo sint duae naturae divina et humana, et aliqua propria sint naturae divinae, alia vero humanae; hinc si propter unionem earundem in uno supposito seu persona, quae propria sunt unius praedicantur de altera ac vicissim, communicari dicuntur in Christo idiomata, atque inde per communicationem idiomatum idem intelligatur ac communicatio proprietatum et attributorum, vi cuius, quae alias sunt Dei propria praedicantur de homine, et vicissim quae sunt hominis propria, praedicantur de Deo propter unionem naturae divinae et humanae, in eodem supposito Christo.

α. Dari in Christo communicationem aliquam idiomatum docent Catholici omnes cum S. Thoma: quaest. 16 art. 4 ad 3tium. Sic enim passim dicitur de Christo Deus esse homo, et homo Deus. Dicitur item Dei filius natus esse ex Virgine. Item passus, mortuus etc. haec autem non possunt dici nisi per communicationem idiomatum: quando autem tales propositiones verificari possint ex sequentibus apparebit. Quia vero non est similiter dici Deus est humanitas aut humanitas est Deus etc. hinc petitur, quibus ergo regulis communicatio haec idiomatum dirigatur.

β. Dicendum imo non posse in Christo naturae divinae et humanae earumque proprietates de se invicem praedicari in abstracto. E.g. non possum dicere, natura divina quae est in Christo est natura humana. Verbum est natura humana, vel: natura humana est natura divina. Nec etiam possum dicere: natura divina est passa, crucifixa, mortua. Vel natura humana est sapientia aeterna etc. ita omnes Catholici contra Eutychianos, qui cum docuerint per unionem hypostaticam ex natura divina et humana facta esse unam naturam, propterea admisere

possit una natura de altera cum in abstracto praedicari. Ratio conclusionis est, quia ad veritatem cujuscunque propositionis requiritur, ut saltem rectum subjecti identificetur cum recto praedicati et vicissim: talis autem identitas non datur in propositionibus illis, per quas natura divina et humana earumque proprietates de se invicem praedicentur in abstracto: ergo talis propositio non est vera.

4 Dicendum 2do possunt tamen in Christo natura divina et humana earumque proprietates praedicari mutuo in concreto, dicendo v.g. Deus est homo, hic homo est Deus: Deus est natus ex Virgine, passus, mortuus. hic homo est immortalis, existens fuit ab aeterno. Ita nostri cum omnibus Catholicis cum S. Thoma loco cit. contra Nestorianos, qui cum in Christo non unam tantum sed duas personas admitterent, dicebant posse in Christo Deum dici hominem, et hominem de Deo praedicari nisi improprie ita scilicet, ut copula est significet non veram aliquam identitatem inter subjectum et praedicatum sed tantum conjunctionem quandam accidentalem et affectivam qualiter amicus dicitur esse alter ego. Ratio conclusionis est, quia cum in Christo unica tantum detur persona una subsistentia terminans naturam tam divinam tam humanam, possunt et solent dictae propositiones libere talem sensum ut saltem rectum subjecti et rectum praedicati inter se realiter identificentur: quod autem sufficit ad veritatem talium propositionum ergo tales propositiones sunt verae. Major patet ex dictis.

Quia dictæ propositiones liberè sunt et solent apud doctores hanc sensum: subsistentia terminans naturam divinam, est subsistentia terminans naturam humanam. subsistentia terminans naturam humanam est subsistentia terminans naturam divinam. subsistentia terminans naturam divinam est subsistentia terminans naturam humanam natam ex virgine, passam etc. subsistentia terminans naturam humanam suppositum humanitatis visibilis est immortale, existens ab æterno. siquidem rectum subiecti et rectum prædicati inter se identificantur. Illi vero similiter est certa: sicenim licet falsa sit hæc propositio: Albedo lactis est dulcedo ejusdem, vera tamen est hæc: album est dulce, et hæc album est dulce quia in his propositionibus rectum subiecti et rectum prædicati inter se realiter identificantur, cum sensus sit, lac habens albedinem est lac habens dulcedinem: i.e. suppositum habens albedinem est suppositum habens dulcedinem.

5. Dicendum 3tio prædicata cujusque naturæ in Christo mutuo prædicari sunt de eadem persona in concreto tamen non de sensu dicendo: Deus hoc passibile est impassibile, hoc mortale est immortale ita quarundam Catholici. Ratio est, quia tunc in talibus propositionibus recto subiecti et recto prædicati realiter inter se identificantur cum sensus sit: hoc suppositum habens naturam passibilem est suppositum habens naturam tamen impassibilem. i.e. subsistentia terminans naturam passibilem est subsistentia terminans naturam tamen impassibilem.

6. Dicendum 4to omnis eas prædicationes minus præcedentes et plurimorum facta habeant sensum verum, possibilem tamen earum aliqua ab hæreticis accipiantur in sensum illis falso, ab illis est abstinendum, ne illorum errori videamur patrocinari. ita S. Tho: quæst. 16 art. 8 et Cons aliorum,

sic quod Ariani dixerunt, Christum enim filium propositiones verbi esse creaturam, et minorem patre, non facile dicendum est. Christus est creatura, vel est minor patre, ne scilicet videamur tales propositiones accipere in sensu Arianorum, quamvis in alio sensu vera sint, et Christus ipse posteriorem illam aliquando protulerit, quod dixit patrem se maiorem esse; similiter quamvis ob naturam humanam quae est in Christo bene possit ac soleat dici Christus vel omnis Deus est mortuus, tamen non vicissim ob naturam divinam quae pariter est in Christo dicendum est Christus est immortalis impassibilis etc., ne videamur favere Manichaeis, qui negarunt Christum assumpsisse corpus aliquod passibile ac mortale.

2 Dicendum 5to propositiones aliquae circa Christum quae absolute prolatae erant verae, addita reduplicatione evadunt falsae et vicissim aliae, quae absolute prolatae aut falsae erant, aut saltem ob erroris periculum et affinitatem cum haereticis amovendae, non sunt, per additionem reduplicationis fiunt verae et sine scrupulo possunt proferri. Ita S. Thom. quaest. 16 art. 10. patet uno exemplo. Sic enim vera et usitata est haec propositio absolute prolata: Christus est passus: Deus est mortuus: falsa autem haec. Christus qua Deus est passus, Deus qua Deus est mortuus. Contrario haec. Christus est creatura, Dei filius est minor patre vel absolute falsa est vel saltem non usurpanda ob affinitatem cum haeresi; vera tamen est haec libereque usurpari potest

Chrʼs ut hoo ē creata: filius Dei secundum humanitatem ē minor patre. Ratio ē quia reduplicatio aliter designat formam seu radicem propter quam praedicatum convenit subiecto. unde cum dicitur Christus quatenus homo ē passus vel mortuus, sensus ē, quod praedicatum hoc passus vel mortuus conveniat Christo, ratione naturae humanae quod tamen quia falsum ē, hinc conficitur propositio falsa, quamvis absolute verum sit quod Christus sit passus, mortuus etc; eadem proportionaliter ratio ē in alterius partis. art. 2. an et quomodo Christus dici possit filius Dei naturalis vel adoptivus vel an servus Dei sacerdos, mediator et Rex.

Articulus 2dus

An et quomodo Christus dici possit filius Dei naturalis vel Adoptivus, an servus Dei Sacerdos, Mediator, et Rex.

Quaeritur imo An Christus simpliciter dicendus sit filius naturalis Dei vel adoptivus. Resp. dicendum esse simpliciter filium Dei naturalem non adoptivum. Ratio ē, quia iuxta S. Thom: quaest 23. art. 4. filius ē generatio personae non naturae: cum ergo persona quae ē in Christo, sit persona increata verbi: haec autem sit filius Dei naturalis, patet, Christum simpliciter dicendum esse filium Dei naturalem non adoptivum.

Quaeritur 2o an saltem dici possit quod Christus qua homo sit filius adoptivus Dei. Resp. cum S. Thoma negative, ratio ē quia vel per Christum qua hominem intelligitur humanitas Christi in abstracto considerata, vel intelligitur illa in concreto ut coniuncta verbo et subsistens illud in ratione personae et subsistentiae in natura humana. si primum omnino non ē filius nec naturalis nec

319

Nec naturalis nec adoptivus, quia non est persona filiante, sed genita persona. Si dicas iterum non est filius adoptivus Dei, quia filius adoptivus tale denotat personam, quae nihil in se habet, ratione cuius sit filius naturalis, Christus autem qua homo in ratione sua accepta includit aliquid ratione cuius.

Ratione cuius sit filius Dei naturalis, nempe ipsum Verbum.

10 Quaeritur 3tio an ergo dici possit quod Christus etiam ut homo sit filius naturalis Dei? R. posse dici, si reduplicatio haec sumatur negative ita nempe ut sensus sit Christum esse filium Dei naturalem non obstante humanitate; non tamen si sumatur positive, quasi scilicet humanitas ut unita verbo sit ratio formalis, quare hic homo sit filius Dei naturalis. Ratio prioris partis est, quia Verbum Divinum per assumptionem naturae humanae non amisit dignitatem suae personae, adeoque ut ante assumptionem illius ita et post illam retinuit rationem filii Dei naturalis. Ratio alterius partis est quia Christus non ratione naturae humanae sed ratione personalitatis Verbi habet hoc, quod procedat a vivente [illegible] principio conjuncto in similitudinem naturae, in qua pro [illegible] ratio filii naturalis consistit.

11 Quaeritur 4to An Christus saltem qua homo dici recte possit servus. R. Cum Haunoldo hic num: 396 distinguendum esse, nam enim servum intelligitur omnis ille, qui saltem secundum aliquam naturam ac voluntatem alteri quomodo subiectus est ac ab illo dependens ac ordinabilis praecipiendo [illegible]. Iterum idem quo ad personam sit aequalis vel inaequalis dignitatis cum altero vel vel intelligitur ille tantum qui praeter dictam subiectionem includit insuper negationem aequalitatis quo ad dignitatem cum altero. Si primum Christus quoad hominem est servus Dei, quia vere secundum naturam humanam subiectus est Deo, a Deo dependens et ordinabilis. Si secundum Christus non est servus Dei, quia non obstante, quod persona eius subsistat in natura etiam humana, sit tamen eadem persona aequalis dignitatis cum Patre.

Quaeritur 5. An et secundum quam naturam Christus proprie sit Sacerdos 12.
et quomodo in aeternum. R. Christum proprie esse sacerdotem constat
ex Apostolo ad Hebraeos 5. 7mo. et 8. et ... hoc est Christus vere
et proprie obtulit seipsum Deo in sacrificium unum quidem
cruentum in ara Crucis alterum incruentum in nocte Coenae
imo postea offert Deo quotidie ut supremus pontifex
ministerio sacerdotum. Fuit autem sacerdos quoad solam secundum
rationem humanitatis, quia et per actum elicitum ab humanitate obtulit
sacrificium, et secundum hanc tantum habet superiorem cui illud offert
quod ad rationem sacerdotii requiritur, quoad efficaciam et excellen-
tiam illius sacerdotii autem est hostia ab ipso oblata promanavit
ex dignitate Verbi. Sacerdos in aeternum dicitur, et quasi oblatio
semper esset duratura, et quoad confirmationem seu effectum illius semper
duraturam aeternam scilicet nostram felicitatem, 2o enim quia sacri-
ficium eius incruentum duraturum erat usque ad finem mundi
3o denique quia in aeternum durabit unio hypostatica, unde
sacerdotium sumit et sacrificium dignitatem habet.

Quaeritur 6. An et quomodo Christus sit Mediator. R. Christum esse 13
proprie Mediatorem inter Deum et homines constat ex Apostolo 1ma
ad Timoth. 2. ubi dicitur, unus est mediator Dei et hominum Jesus
Christus. Dicitur autem mediator in quantum medius venit inter Deum et
homines suis precibus et satisfactione Deo nos reconciliavit,
convenit autem ratio mediatoris Christo non qua Deo praecise
sed qua homo seu qua homo Deus, in quantum ipse secundum naturam humanam
pro nobis oravit et satisfecit, ita tamen ut et oratio illius et
satisfactio dignitatem habuerit a dignitate.

Quaeritur ultimo An et quomodo Christus factus sit Rex. R. Christum 14
secundum divinitatem acceptam procul dubio esse supremum Regem
ac Dominum universorum; secundum humanitatem enim ante mortem suam
regiam quodammodo potestatem erat praeditus saltem in spiritualibus
ut constat ex illo Matth. 28 data est mihi omnis potestas in
Coelo et in terra.

Et patet ex actibus supremae iurisdictionis spiritualis quas exercuit constituendo Ecclesiam instituendo Sacramenta, condendo leges &c: quod vero temporale illius Dominium attinet, quamvis Christus etiam quoad humanitatem atque ante mortem quoque sua non fuerit subditus seu subiectus Regibus et principibus terrenis prout ipse Math: 17 affirmat ubi eum se affirmans a tributis et iuxta multos vi unionis hypostaticae saltem in actu immo habuerit potestatem regalem totius mundi etiam quoad gubernationem politicam, tamen potestatem hanc numquam uti voluit iuxta illud Joan: 18 Regnum meum non est de hoc mundo.